



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 9. Ejusdem opera

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. VIII.

Sæcul. XV.  
A.C. 1456.

*Mors sandi Joannis Capistrani.*

Tertio ab obitu Huniadis mense Joannes Capistranus quoque, cum in Hungaria adhucdum esset, ad Villachium in agro Sirtoensi animam efflavit, septuaginta & unum annos natus, cuius corpus in conventu Fratrum Franciscanorum terræ mandatum est.

§. IX.

*Capistrani opera.*

Sanctus iste Monachus Capistrani, quod Aprutii oppidum est prope Aquilam in Regno Neapolitano, primam lucem aspexit, cum esset Annus Christi millesimus trecentesimus octogesimus quintus. Patrem habuit Nobilitate generis clarum, nomine Angevinum, qui in Italia uxorem sibi sumpsit, & inter Ludovici Andegavensis Neapolis Regis Proceres numerabatur. Recensemus modo libros, quos Capistranus posteritati typis impressos reliquit. Scripsit tractatum de potestate Papæ & Concilii adversus conventum Basileensem; item alium sub eodem titulo; Speculum Clericorum seu orationem ad Clerum in quadam Synodo Diocecesana Tridenti dictam; instructionem pro Presbyteris; Apologiam pro

G g 5                    tertio